



Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. De Potestate Superiorum localium in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

tamen, ob missas literas Generalis, nec rescitâ ejus morte, aut indictione Congregationis Generalis, subrogatio executioni mandata est; huic standum; etiamsi Deceffor paulo post obitum Generalis triennium expleviffet. 2.

2C.12.D.30.

SECTIO III.

De Potestate Superiorum localium in genere.

Ampla sit.

a P. 2. c. 1. §.
2. & P. 4. c.
10. §. 4. & P.
8. c. 1. §. 6. & P.
9. c. 6. §. 2. &
P. 10. §. 8.

Sed definienda à Generali.

b P. 2. c. 1. §.
2. & B.

Et à Provinciali custodienda.

1. **R**efert magnoperè si Præpositi particulares in sibi subditos multum potestatis habeant; quô clariùs intelligant inferiores, se ab illis immediatè pendere; & quod necesse sit in omnibus eis subesse. Quare Superiores ad bonum omnia possint, in suo quisque ordine: & si malè agerent, omninò subiecti sint. a

2. Ceterùm Præpositi Generalis est eam potestatem singulis communicare; quam judicaverit expedire: & si in patentibus literis amplissimam impertierit, per secretas eam contrahere poterit. b

3. Ad Provincialem verò spectat tueri Superiorum immediatorum auctoritatem in subditos; ita tamen ut constet omnes posse ad mediatos recurrere: ideo quicquid agen-

agendum, vel immutandum erit, quod ad immediatorum officium pertineat, per eosdem fieri curabit. *c* De tuenda autem Superiorum immediatorum auctoritate per Superiores mediatos præsertim contra querelas futes, & subditos contumaces, plura statuta sunt, *d* quæ videnda superius Cap. I. Sect. 5. §. 5. 6.

4. Quamquam Provincialis aliquando posset quempiam eximere ab obedientia Superioris localis, ut sibi immediate subfit; ut plurimum tamen Obedientiæ subordinatio eò melior erit, quò perfectius observabitur. *e* Quare nullum de facto eximat, inconsulto Generali; & nisi periculum esset in mora. *f* Nostri Hospites subsunt obedientiæ ejus, qui præest, perinde ac reliqui ejusdem Domus, aut Collegii socii. *g* Quod multò magis servandum est ab iis, qui ex diversa licet natione, ad aliam ejusdem illustriorem Missionem pertinentes, sparsi sunt in aliis Provinciis, seu Domiciliis Societatis. *h* At qui commorantur in locis, ubi nullum est Societatis Domicilium, Superiori propinquioris Domus, aut Collegii parere teneantur. *i*

5. Superiores locales possunt jubere in virtute Obedientiæ: non nisi rarissimè ta-

c P. 8. c. 1. §. 4. & 6. & P. 9. c. 6. §. 2. & R. Prov. 28.

d C. 6. D. 37. & C. 9. D. 26. & In. 18. §. 7. 8. 9.

Ad quos pertinet.

e P. 8. c. 1. E.

f R. Prov. 31.

g R. com. 48.

h C. 7. D. 21.

i §. 2.

i P. 7. c. 3. A. &

P. 8. c. 1. §. 4.

& C. 11. D. 32.

& R. Prov. 109.

& Or. c. 2. §. 3.

Præcepta pos-

sunt imponere,

& quamdiu vi-

geant.

l R. Præp. 9.
& R. 8. & C.
9. D. 12.

m C. 9. D. 12.

n C. 7. D. 36.

Vnde nosse
queant suas fa-
cultates.

o R. Præp. 13.
& 18. Rect. 13.
& 17.

p Appendix
Compendii
Privil. m. s. in
Præfatione.
Possunt limitare
concessa à Supe-
rioribus media-
tis.

men id faciant, & ex gravi, & urgenti
causa. l Quæcumque autem præcepta
Personis particularibus imposita, mortuis,
vel amotis Superioribus, qui ea tulerunt,
perseverant; donec à Superiore, vel suc-
cessore revocentur. m Facultates etiam, &
Privilegia quæcumque non expirant cum
concedentium Officio; donec legitime
revocentur: ut dictum est ubi de Provin-
cialibus. n

6. Superiores autem noverint, quam
potestatem habeant ex sui Officii Regulis,
& Compendio Privilegiorum. o Circa
quod Compendium 1. notandum est: quod
in ejus Præfatione conceditur Provincia-
libus, ubi periculum est in mora, neque
consuli Generalis potest, (uti nempe il-
lis Privilegiis, quæ aliqua communica-
tione Nostræ Societati competunt, licet
non sint inserta Privilegiorum compen-
dio) id ipsum concessum Superioribus lo-
calibus: qui tenebuntur, quamprimum
poterunt, Generalem, & Provincialem
etiam, vel Visitatorem de ejusmodi usu,
ejusque causa certiores reddere. p

7. Notandum 2. de omnibus hujus
Compendii facultatibus: ut pertinet ad
Superiores suis subditis facultates commu-
nicare, vel aliunde concessis, etiam à Ge-
ne-

nerali, vel à Summo Pontifice, utendi potestatem facere; ita eorundem esse illarum eis usum, cum expedire judicaverint, vel limitare, vel etiam omninò suspendere. *q* Unde factum, ut privilegium commutandi Legata, reservatum sit Generali, contra quam videbatur permittere Comp. Priv. V. comm. §. 4. *

8. Consuetudines verò receptas, & à Generali, vel Provinciali approbatas non prætermittant, aut immutent, nec inductas à precedenti Rectore, inconsulto Provinciali; nullamque ipsi inducant, nisi suo Superiore approbante. *

9. Curare multò magis debent, ut Constitutiones, Regulæ, ac Decreta observentur; etiam si in his, cum necesse erit, possint cum particularibus dispensare. In rebus tamen majoris momenti, solum quando expectari non potest Provincialis responsum, ad quem postea referent, quid actum sit. * De regulari verò disciplina executioni mandanda, & quatenus in ea dispensandum; vide quæ peculiari titulo infra habentur Cap. 6.

q Præf. Comp. & ex Greg. XIII. p. 143. 144.

* C. 8. D. 41. Consuetudines non immutent, aut inducant.

* R. Præp. 5. & Rect. 4.

Regulas custodiant, & quatenus dispensent.

* P. 4. C. 10. B. P. 9. C. 3. §. 8. & D. & R. Præp. 11. Rect. 10. & Cl. c. 1. tit. 2. §. I.

1534

II 2

SECA